Quelle: http://manuscripta.at/?ID=8999
Copyright: Melk, Benediktinerstift



aliquantā multitudinem 7 imposuisset super ignem. uipa a calore eum pressit. et inuasit
manum eius. Vt uero uiderunt barbari pendentem bestiam de manu eius. ad inuicem dicebant
Vtique homicida est homo hic. qui cum euaserit de mari. ultio non permittit eum uiuere. Et ille
quidem excutiens bestiam de manu in ignem. nichil mali passus est. Illi autem existimabant eum in tumo
rem conuertendum. 7 subito casurum 7 mortuum. Diu autem illis spectantibus 7 uidentibus nichil mali in eo fieri
conuertentes se dicebant eum deum esse. In locis autem illis erant prædia principis insulæ. nomine publi
ii. qui nos suscipiens triduo benigne exhibuit. Contigit autem patrem publii febribus
7 dissenteria uexatum iacere. Ad quem paulus intrauit. Et cum orasset. 7 imposuisset ei manus.
saluauit eum. Quo facto omnes qui in insula habebant infirmitates. accedebant 7 cura
bantur. qui 7 iam multis honoribus eum honorauerunt. Exinde nauigans uenit romam.
ibique solutus a uinculis mansit biennio toto in conductu suo. 7 suscipiebat omnes qui ingre
diebantur ad eum. prædicans regnum dei. 7 docens que sunt de domino ihu xpo. Post crucem
autem petri 7 eiectionem symonis magi. beatissimus paulus apostolus qui ad hoc a corona mar
tyrii ea die dispensatione diuina sub tractus est. ut per eum in omnes gentes euangelii
prædicatio impleretur. in urbe libera manens custodia. ibi duobus fere annis iudeis 7 uniuersis
gentibus uerbum dei prædicauit. ut relicta superstitione 7 idolorum cultu omnes sciam
ueri luminis percipiente. Cum hoc neroni cognitum est. mox eum iussit gladio trucidari. et
cum ei de morte illius archiepiscopus nunciare misit duos ex armigeris suis feregan 7 parte
nium. Illi autem euntes inuenerunt eum cum magna fiducia 7 iubilare uniuersum populum de
xpi mirabilibus instruentem. Quos cum uidisset paulus. hortabatur eos dicens. Venite
filii 7 uos credite in dominum ut saluentur animæ uestre. qui me 7 omnes credentes passionem
unigeniti filii sui suscitauit. 7 in regno suo quod eternum est collocauit. Qui responderunt
dicentes. Nos quidem paule prius ibimus ad neronem nunciantes ei finem mortis tue.
tu autem ora pro nobis. ut ecclesiam illi quem tu prædicas dominum. Rogabant enim paulum p
salute sua ut baptizarentur. Beatus apostolus dixit ad eos. Post paululum filii uenite huc
ad sepulchrum meum. 7 inuenietis duos uiros orantes. petrum 7 lucam. ipsi uobis dabunt
signum salutis. Et cum hec dixisset. superuenerunt milites. qui correptum eum foras extra
ciuitatem duxerunt. Quod cum audisset beatus paulus apostolus. quiuit se contra orientem. 7
eleuatis manibus 7 oculis suis ad celum. diutissime orauit. Et completa oratione dedit pacem
fratribus qui cum secum fuerant. Et uale faciens eis. flexis genibus crucisque signo munit. collum
percussori. Cui gladio de secta ceruice. per sanguine lac cucurrit. ita ut percussoris dex
teram lactea unda perfuderet. Quod cum circumstantibus uisum est obstupefacti omnes
magnificauerunt dominum. qui tantam gloriam donauit apostolo suo. Per duos autem annos de pas
sione beati petri. et ipsa die qua beatus petrus martyrium consummauit. Cui corpus a christianis
uiris sepultum est diligenter. 7 sepultum in uia ostiensi cum pace. Acta sunt hec circa secundum apostolos
petrum 7 paulum. sub die. iii. k. iulii. regnante domino nostro ihu xpo. cui est honor
et gloria. in secula seculorum Amen. Eodem die sancti prisci martyris.
Vna karitas xpi cui alternantur nutu sydera. die pariter atque nocte
non desistit. sue ecclesie sancte pluuia famulorum merita uirtutum increuita